

poris obliuioni tradantur. auctentice scripture testimonio futurorum noticie transmittantur, Nos vero sani mente et corpore in publicam proferimus nociem, Quod vnum attungum absque diminucione qualibet integrum in kydhiawat simul domificatum cum omni supellectile et vtensilibus omnibus ibidem manentibus, Ita dumtaxat, quod coniux mea .J. terciam partem in eodem attundo, videlicet, antifernam suam, et ego duas partes, claustro et monialibus in vretum pro testamento nostro conferimus perpetua fruacione possidendum, Sub condicione autem tali, Quod domina priorissa ibidem cum consensu et assensu tocius inibidem conuentus, in vita nostra duos attungos, XII:ma parte minus, in Ramstathum concedunt, hoc eciam omnibus declaramus per presens, quod supradictam curiam nostram in kidhiauat quam diu ambo viuimus nobismet ipsis regibiliter obseruamus, tam ipsa post me quam ego post illam, Jn cuius euidenciam pleniorum et rei testimonium nobilium sigilla, videlicet, domini swantapolch, Domine, katerine abbatisse in vretum, Domini B canonici lyncopensis. waldemari, in siondakopt presenibus procurauiimus appendenda, Datum et actum, anno domini. M°. CCC°. VI°.

Sigillen alla borta; efter N:o 2 och 4 qvarsitta segelgarnstrådar och efter N:o 3 en pergamentsremsa.

1493.

1306 d. 4 Jan.

Nyköping.

HÅKAN INGEBORGSSONS morgongåfvobref till sin hustru Ingeborg, dotter af Ragnwald Ingeborgsson.

A. 6. a *).

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris, HANQUINUS INGIBORGASON salutem in domino sempiternam. uam facti memoriam presencium tenore insinuo tam posteris quam modernis. Me. predilecte vxori mee Jngiburgi filie Domini Rangualdi Jngiborgason curias meas dictas Byerghæ et faghernes cum colonis et molendinis ceterisque mobilibus et immobilibus . . . in vardhungi con solet fieri in crastino nupciarum contulisse hiis condicionibus preconcessis videlicet quod paterna hereditate . . . tentur sed matris Si autem quod eam absque liberis mori predicta bona infra diem et annum redimantur pro Quatraginta marchis puri argenti si autem ipsa superstite sine liberis. et sobole me defungi contigerit extunc sepedicta bona sibi suisque heredibus cedant integro iure perpetuo possidenda. Jn cuius rei euidenciam sigilla illustrium dominorum videlicet domini mei Domini B. regis swecie. et domini E. ducis, domini W. ducis nec non et aliorum no-

*) Brefvet är sönderrifvet och på flera ställen nästan helt och hållet utplånat.

bilium scilicet domini Petri rangualson. Domini M. karlson. Domini. R. byrgherson. Domini Haquini leimæ. Domini M. cristinæson Domini Mathei ketilmundason. Domini M. marinason. Domini Jngonis rangwalson et Humgeri byrghirson. qui omnes vulgariter dicuntur fastæ. Et Domini Philippi legiferi et Cristiæni aduocati qui vulgariter dicuntur presentes et proloquutores. vna cum sigillo meo proprio presentibus sunt appensa, Datum et actum Anno domini Millesimo Trecentesimo .VI.:to Nykopie Jn Octaua sanctorum Innocencium.

Sigillen N:o 1, 8—12 borta; 2—7 och 13 mer eller mindre skadade, hänga i svarta och hvita silkestrådar.

På Baksidan står: pro bærgba parochia vardhonge; och med yngre hand tillskrifvet: Håkan Ingeborgsons Morgongåsvebref gifuit sin hustru fru Ingeborigh her Raguall Ingeborgsons dotter. Daterat Nyköpungh Anno 1306.

1494.

1306 d. 17 Jan.

Linköping.

Lagmannen i Östergöthland **SVANTEPOLKS** intyg, att Gudmund Ingeborgsson erkänt sig hafva af Domprosten Wimund i Linköping erhållit Norheda gård och 200 mark penningar för sin gård Wreta.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras Jnspecturis, **SWANTAPOKH** Legifer osgotorum salutem in domino sempiternam Tenore presencium Constare volumus euidenter, quod constitutus in presencia nostra lincopie, gwdmundus Jngiborgasson puplice Recognouit, se curiam quandam dictam norheda cum omnibus suis attinencijs, et cum hoc, ducentas Marchas monete visualis, pro Curia dicta wretom, de discreto viro domino W. preposito lincopensi, integraliter recepisse, Renuncians Jn hiis omnibus et singulis, excepcioni doli mali, in factum condicioni indebiti, omni Juris auxilio, canonici et ciuilis, specialiter Juri generalem renunciacionem non valere, ac aliis omnibus Juris, et facti excepcionibus, dictam curiam wretæ, Jure hereditario, aut quolibet alio modo, vel genere, exigendi, petendi, calumpniandi, impetendi nec non et de cetero reuocandi, Ad horum igitur Evidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum lincopie anno domini, M°, CCC°, sexto, secunda feria post octauam Ephiphanie.

På frånsidan: littera legiferi osgotorum super curia wreta.

Sigillet något skadadt, hänger på en ur brefvet klippt remsa.